Summae suprascriptae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem

vadio modo praemisso ad solvendum succumbit ac si aliqua principali ex praemissis non solu-

ta solvenda sive non complenda complenda Citati existentes successores sui recognoscendo atque

eorum successoris Ad instantiam suprascriptae Nobilis Hedvigis Bogusłowiczowna consortis

sui recognoscendo eiusque successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc successor

suprascripto quo ad respondendum afficitur mediante. Super id primo Citationis termino tamquam

peremptorio stare iudicialiter respondere vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere

ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur Se ac suos successores ad eadem omnia

inscribunt et obligant Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde conse-

quentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro minori minorennitate

successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Conventionem vel

aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra

proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullisque

motiones appellationes protestationes et earum prosequutiones faciendo Ac praemissa

omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptio-

ne Terrestri bello Conventionisque et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensionibus non eva-

dendo nec modo quovis subterfugiendo Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa

mediante

Eorundem Coniugum Mutua Advita litas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Sigismundus

Ogonowski ab una et Hedvigis Boguszowiczowna coniuges legitimi maritus solus ipse

consors vero cum eiusdem mariti sui personali assistentia et consensu ad infrascripta recogno-

scenda consensu partibus ab altera sani mentibus et corporibus extunc a Terris districtibus localibus

iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali

Praemissherd Iurisdomi de cum Successoribus ac bonis Suis gnlr omnibus quo ad actum praesentem
attinet totaliter et plenarie Subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expres
sum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi
mutuo et invicem una pars alteri in et super bonis suis gnlr omnibus hereditariis et
obligatoriis mobilibus et immobilibus summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis
nec non auro argento clenodiis vestibus vestimentis stanno cupro orichalco pecoribus
pecudibus equinis equiracis totaq et integra suppellectili domestica nunc habitis et in
post habendis in quacunq forma et materia existen mutuam advitalitatem et usum fru
ctum inscribunt et concedunt prosesq ad extrema duntaxat vitalibus tempora et non ultra
Tali videlicet modo quod si prius praefatum Nobilem Sigismundum Ogonowski mari
tum suum quam ipsam Nobilem Bogdaslowiczowna consortem suam de hac luce decede
re contigerit Extunc praefata consors sua bona gnlr omnia ac praemissa omnia superius
expressa cum omni praemissorum iure dominio et proprietate omnibusq praedictorum
bonorum utilitatibus fructibus et emolumentis tenebit habebit et possidebit illisq ute
tur fruetur pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora Post mortem vero et de hac
luce decessum eiusdem suprascriptae Consortis suae extunc praemissa omnia bona praefati ma
riti propria ad Successores eiusdem mariti sui sine quavis Contradictione Successorum supra
scriptae Consortis suae pleno iure redire debebunt et devolventur Similiter quoq si prius
praenominatum Consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit Extunc bona sua supra
scripta gnlr omnia morte praefatae Consortis suae derelinquend cum omni uti praemissum est iure
dominio et proprietate omnibusq eorundem bonorum utilitatibus et Commodis idem Nobi
lis maritus suus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extrema dun
taxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra utifruetur Post mortem vero eiusdem suprascri
ptae mariti sui bona eadem praefatae Consortis propria morte eiusdem praefati mariti derelicta
ad Successores suprascriptae consortis suae sine quavis Contradictione Successorum praefati mariti sui totaliter et ple
narie redibuntur et devolventur ipsis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.